

QK. 534, 58

B. 1

II C  
1638

X 2005972

DE VERE  
IVCVNDISSTI.  
MA PARTE ANNI,  
ELEGIA. AD PRV.

dentia & virtute spe-

stabilem Virum,


D. CONSTANTINVM FERBERVM  
Gedani Consulem etc. scripta.

Auctore L. Ioanne Codicio  
Schlucknauiensi.

AD LECTOREM.

Hesperidum redolet non pomis iste libellus,  
Nec sacra Phæacis munera regis habet.  
Sordidus est horius, qui patuo germina fructu,  
Sed neq; Pæstanis fundit amicta rosis.  
Ver Agarippæis ornamus floribus alnum,  
Quod benè Narciso blandus Apollo fouet.  
Quisquis in hoc, instar Croësi spatiaberis aruo,  
Contentus tenui commoditate veni.  
Coxit olus Clio, Perseia fercula nescit,  
Hæc alio poteris querere dona loco.  
Fortè tamen lautas voluisset promere mensas,  
Nectaras volucris distulit hora dapes.

FINIS.



Emendat Exemplar.



AD AMPLISSIMUM PRV-  
DENTISSIMUM ET VIR-  
TVTE EXORNATISSI-  
mum Virum D. Constantinum  
Ferberum inclytæ Ciuitatis  
Gedanensis Consulem, &  
studiorum Mecœna-  
tem etc.

## ELEGIA.

Rore velut spargens vitreos aurora liquores,  
Largiter humectat nectare prata sacro.  
Phosphorus aurato cum lumine sydera pellit,  
Ultimus & cælos in statione regit:  
Vbere sic versu tibi, CONSTANTINE, Poëtæ  
Inclyte, nunc debent promere dulce melos,  
Quando tibi rorem prudentia fertilis infert,  
Quæ sic ambrosio fonte scaturit opes.  
Summis ut radijs in te lux ampla coruscet,  
Nec sinat à nebulas nocte ferente premi.  
Dignatuæ pandant omnes encomia laudi,  
Pierio quorum tramite sudate equus.  
Quos recreant Clarijs deducta fluentia cavernis,  
Virtutis celebrent stemmata clara tuæ.  
Te super excelsi tollant fastigia cæli,  
Immensas cythara circumneunte plaga.  
Inq' tuas dotes conscripta poëmata spargant,  
Duret ut æternum sic tibi iustus honor.  
Nempe labor vatum reddit caruisse sepulchro,  
Eripit extructis inclyta facta rogis.  
Nullius Aonidum, laus est reticenda fusurro,  
Nomine cui diuum Pallas adornat opus.  
Tu quoq' perpetuum clarescere dignus in ænum,  
Quod fieri Clius plectra per alta solet.  
Extolli

Extolli lepida Musarum voce mereris,  
Nec dubium, tribuunt sacra Trophæa tibi,  
Nam tua promeruit vocalia carmina virtus.  
Quæ vel Apollo sua concinat ipse lira.  
Est tibi, quæ summas præstat sapientia doles,  
Vatibus vnde bonis qui celebreris, eras.  
Eximio fecit versu præconia Rhodus,  
Magna Cytheriacæ gloria Rhodus aquæ.  
Ille tuum metris cantauit dulcibus hortum,  
Attigit & laudes, vir generose, tuas.  
Lustrat ubi tractus Erymanhis stella patentes,  
Terraçæ Bistonio frigore torpet iners.  
Lumine virtutum te non preclarior extat,  
Sic tibi præcingit palma beata caput.  
Pallade Constanti cunctorum pectora vincis,  
Auguror vnde datum nominis esse decus.  
Non temerè carpsi flores Helicone virentes,  
De quibus est capiti facta corona tuo.  
Persuasit ratio teneras sincera Camænas,  
Ut stimulis agerent viscera nostra sacræ.  
Si placet illa, placet Phœbo tua recta voluntas,  
Quæ facis, ipse probat, quæ facis, ipse colit.  
Fama pererravit spatioſi climata mundi,  
Quæ tibi propria garrulitate fauet.  
Immensas pariter te diuulgauit in oras,  
Sol ubi tollit equos. sol ubi mergit equos.  
Edocuit clarè, quòd tu virtute probatus,  
Emineas æui gloria rara tui.  
Exuperes animo quòd prudentissimus annos,  
Tecum Deus iustos efferaſt ante dies,  
Dulcior Hyblæo quòd sit facundia melle,  
Quæ decoret linguae verba diserta tuæ.  
Quòd te consilijs nemo præcellere possit.  
Tam valeas mentis dexteritate piæ.  
Denicet, dicens nil tempore maius ab omni,  
Posse minus queritur dinumerare satis.

E n De



De te multa referunt, referendo plurima flagrat,  
Plurima cum dicat, dicere pluracupit.  
Tanta nec incertis effudit lensa procellis,  
Credimus indubia nuncia sacra fide.  
Si de te, populi quæ verax turba loquuntur,  
Credere magna decet, credere magna decet?  
Scimus, & in folijs sunt conscribenda Sibyllæ,  
Delphicavix adyto verius antra boant.  
Pubescens studijs quibus est ornanda iuuentus,  
Excoluit mentem casta Minerua tuim.  
Fuderunt Charites in te munacula blandæ,  
Splendide pegasei crelce liquoris honor.  
Crescis, & excipiunt musæ te suauibus vlnis,  
Mox tua Corycio nectare membra rigant.  
Lactat Hyantæis te pallas in ædibus alma,  
Calliope vates sicut amica fouet.  
O felix, Superi cui talia dona ministrant,  
Numine cui seruit terra polusq; suo.  
Munera cum vidi fortuna volubilis ampla,  
Adiungam variæ pignora messis, ait.  
Lenibus hinc frueris satis, fruare, precamur,  
(Nostra, decet, careant omne vota malo)  
Hinc alacris studio te vexit in ardua virtus,  
Inter & heroas fecit habere locum.  
Aequiparas Pylium facundis Nestora verbis,  
Ah quæ pro populi sepè salute facis.  
Eximio polles ita mentis acurnine puræ,  
Neritum superes gnauiter vnde Ducem.  
Quis tamen enarrat cum tanto scenore doles?  
Quas tibi per pectus fudit alacre Deus.  
Area lata patet, citius numerentur arenæ,  
Ad mare quas tumidum littora sicca tenent.  
Claudentur citius numero vaga sydera certo.  
Quotq; creant flores molliaprata, sciamp.  
Quam referet quisq; succincta dona papyro,  
Dona, quibus celsi noimen honoris habes.

Aethere



Aethere dum stabunt hinc firmamenta corusc,  
Sol'q; per incuruum signa videbit iter.  
Dum natura vices certas illæsa tenebit,  
Nec ruet in tetricum machina fracta chaos,  
Dum post Ver veniet maturis frugibus æstas,  
Dum simul autumnum dura sequetur hyems,  
Istula dum fines quatiet celerando Borussos,  
Miscens coeruleo prona fluenta salo:  
Laus tua, laus inquam nullis moritura sub annis,  
Fulgebit radio nobile dante iubar.  
Illustri nitidum decus ex splendore parabis,  
Præmia virtutis nec renuenda feres.  
Clarus eris, mittens durabile sydus in orbem,  
Excelso rutilans nomine, clarus eris.  
Nec satis hoc portu virtus contenta motari,  
Altius egregio transilii astra gradu.  
Huius es, atq; manes decus admirabile sæcli,  
Vt rā quod, video, progrediare, nihil.  
Extulit in summum laudis te diva cacumen,  
Et quæ Phidiaca facta virago manu.  
Accedit cumulus fati statuenteribus ingens,  
Incœptis faueat candida parca tuis.  
Ecce pios patriæ laudato munere fasces,  
Eximius Cedana Consul in urbe, regis.  
Splendida tecinxit iam lato purpura clavo,  
Actitulis auctis nomina magna facit.  
Imperiū celebres rector moderaris habenas,  
Glaucus ubi fremitu Multula ruget aquas.  
Patriam posq; te vidit amabile sydus,  
Patricios inter laude nitere viros.  
Contulit optatis suffragia sedula dictis,  
Consul ut in moris præficerere suis.  
Spe quia sic aluit sublimia moenia vallo,  
Legit &c in tacito gaudia chara sinu.  
Iudicet ut nulli melius dare nobile munus,  
Quam tibi, qui prudens Cívica serta geris.

A iii Tradidit



Tradidit emeritos celæ virtutis honores,  
Hoc neq; iudicio decipienda patet.  
Ipsius en falsoes quanta gravitate gubernas?  
Te duce res hilari publica pace vigeret.  
Te duce Dantiscum tristi sine nube resurgit,  
Floribus exornat moenia clara nouis.  
Dantiscum, celebri quod in æthera vertice tendit,  
Mons propè quem, pulchrū iactat in alia caput.  
Mons, à fulminea sortitus grandine nomen,  
Veliuoli cernit stagna propinqua maris.  
Hic licet ad portum tendentes cernere nautas,  
Linteas gratantes cum fluibunda legunt.  
Iste Gigantæis fertur de fratribus ortus,  
Tām tenet erecto culmina lata iugo,  
Huius ad aérios ergò tua stemmata tractus,  
Auget adopiata prósperitate Deus.  
Te duce Falciferi redeunt modo tempora regis,  
Te duce stat tota faustus in vrbe status.  
Te duce sorte salos souet ipsa fauente penates,  
Te duce nil tristi sub feritate manet.  
Sicut apescerto ducunt sub rege triumphos,  
Nectareos stipant quo moderante, fauos:  
Tota tuo ductu sic plebs lætatur ouarq;  
Te vocat autorem temporis ecce boni.  
Se dicit nimium faustum, nimiumq; beatam,  
Tuta patrocinio, cassa dolore, tuo.  
Es Numa, quisq; tulit fatalia cornua Cippus,  
Regnandi populum vincis utrumq; fide.  
Nemo prostiuet linguan, me dicere falsa,  
Si dubitas, nescis sole calente diem.  
Nunc vtinam salubri riuus Parnassius vnda,  
Propitius nostris versibus esse velit.  
Nunc vtinam pandant Heliconia templa Camœnæ,  
Ut mea confirmet spiritus ora sacer.  
Instruerem cytharis resonantia plectra canoris,  
Laudibus &c loquerer munia digna tuis.  
Narrarem

Narrarem, veluti tantos sis noctis honores,  
Vi premeres pulchrum sub pede Consul ebunt  
Te velut excepit, populo so curia coetu,  
Tecelata velut sella curulis habet.  
Nam neq; fucato fortunae munere vanae,  
Conscripti dominum te voluere Patres.  
Sola tibi virtus tam claros emit honores,  
Rebus in externis non gerit illa decus.  
En sibi te quantum gratentur Consule fasces?  
Dona vident regno pæsulis ampla noui.  
Sed minus haec humili possum numerare Thalia,  
Mœonium virtus tanta requirit opus.  
Fortè (Deus faxit) præstabo volantibus annis,  
Ah mihi iunc quanta vocet anendus eris.  
Hora quod admittit præsens, en dedico carmen,  
Musa quod è sterili languida sumpsit agro.  
Monera tentabit lepidi describere Veris,  
Cuius inest horto gratia vera tuo.  
Floribus exiguis Ver exornauit amœnum,  
Sed feruens hebetat pallida cæpta viror.  
Spirat in Aonio Ver semper nobile luce,  
Hæc ratio facti carminis autor erat.  
Insuper accessit monitis occasio gratis,  
Ut daret aſcriptum carmen Apollo tibi.  
Ocia lectatus non es sub Vere iuuentæ,  
Ocia Pierijs insidiosa choris.  
Sed potius requiem captans virtutis in umbra,  
Hausisti vigili Pallados ore fauos.  
Castalij dulces hausisti fluminis vndas,  
Vnde tuis meritis præmia lauta scatent.  
Deuotis igitur donata poëmata plectris,  
Sulcipe, range, fove, cerne, reuolute, proba.  
Ver licet inficiat non viuo dulce colore,  
Rauca sed elingui gutture Musa sonet.  
Mecœnas liquida tamen integritate fauet,  
Anchora naufragio sis veneranda meo.  
Oblectes

Quod igitur plectris has  
lipsi carmine  
fingit  
canit

Oblectes animum tibi misso vere serenum,  
Forsitan inuenies, quod reprobare neges.  
Patria te saluo cum laude superstite viuet,  
Durius atq; sibi sentet esse nihil.  
Consul honorata cultissime vive minerua,  
Viue diu, regni fulgida stella tui.  
Sæpius, opto, vide campos in vere virentes,  
Cuius in hoc extant munera scripta libro.  
Longæuis peragas diurnos cursibus annos,  
Cætera præstabit, gloria, suada, decor.  
Experiere sacro studiosas numine Musas,  
Magnifici tribuunt debita magna viris.

L. IOANNES CODICIVS.

DE VERE, ELEGIA L.  
IOANNIS CODICII  
SCHLVCKNA.  
VIENSIS.



Ffirmant varijs mundi miracula rebus,  
Vnum perpetui numinis esse Deum,  
Qui sine principio manet, & sine fine gubernat,  
Quiqp potest digito cuncta tenere suo.  
Qui caret interitu, qui viuit originis expers,  
Qui quis est in se, non aliunde viget. stat,  
Qui quod vult, peragit, quod non vult, nutibus ob  
Quodq facit, mira dexteritate facit.  
Ad Stygias veterum pulsis erroribus vndas,  
Constituat plures fingere nemo Deos.  
Nos pia religio docet, euictura sophistas,  
Quod constet triplici nomine numen idem.  
Est pater, est ipsi Natus deitate Coe<sup>u</sup>us,  
Qui simul amborum spiritus ore venit.  
Hi sunt in triplici persona firmiter vnum,  
Maiestas adeo consonat æqua tribus.  
Hic Deus æterno quod pectore concipit unqs,  
Fit ciud, sic ntu cuncta volente creat.  
Est mens casta, cupit nihil hinc nisi casta, quid ergo  
Scurra ferox, vniqs viuere foedus ouas?  
Illi<sup>s</sup> incassum vibrari fulmina noli  
Credere, se quavis re probat esse Deum.  
Fœcibus exutis terræ de mente parumper,  
Emundes tetrico lumina mersa luto.  
Aspice stellati radiantia culmina cœli,  
Quod mirere, vides, quod tuearis, habes.  
In quo percipias solatia multa, patebit,  
Nil aderit, quod non complacuisse queat.  
Præbent astra iubar certis labentia metis,  
Flauaq nocti uagis luna refulget equis.  
Omnia diuinis Sol viua caloribus implet,  
Illi<sup>s</sup> auxilio nullus egere valet.

B Neut

Neue nimis stabili seruore calentior vrat,  
Mersus in Hesperias nocte recedit aquas.  
Ne sic continuet sublimi tramite cursum,  
Pellit ad Antipodes hunc glacialis hyems.  
Ne quoq; perpetuas det fessa puerpera messes,  
Sub glacie placide tuta quiescit humus.  
Donec adhalant i redeat ver dulce vigore,  
Omnibus inde liquet rebus inesse vices.  
**Autumnus** redolens æstatem vincit laccho,  
Autumnum sequitur frigore bruma graui.  
Tristia post hyemis Ver tempora nascitur alatum,  
Officio cuius mitior aura fauet.  
Cuius delicias mysteria certa sequuntur,  
Quæ condit gremio vita beata suo.  
Cuius inefficta stat pignus imagine certum,  
Post obitum nobis dulce redire bonum.  
Dat, quibus exactè iuuenilis pingitur ætas,  
Et facit, ut mores erudiare feros.  
**Ver** igitur Superum cum sit laudabile munus,  
Ver decet ingenua fronte probare pios.  
Ipsi intentè consyderet optima dona,  
Quisquis ab effreni pectoris arte vacat.  
**Vera**des, ô nimium Ver tempus amabile nobis,  
Nobile solamen te veniente venit.  
**Torpuimus** longis brumæ sub cladibus acti,  
Succedat melior spe meliore dies.  
**Sic** ego contemplans humana negotia, dixi,  
Vere propinquatum fugiebat hyems.  
**Vix** hæc retuleram, patet alti janua cæli,  
Titanis melior fulsit imago vagi.  
**Hospes** Agenorei iam Tauri signa frequentat,  
Phrixæ croceo vellere vectus ouis.  
**Verna** meis certè respondent sæcula votis,  
Ver ades, argutum tu mihi carmen eris.  
**Te**cq; tuasq; canam frondente sub arbore dotes,  
Me fagus, veluti Tityron alta tegit.  
**Agresti** resono per culta rosaria canna,  
Vox Echus celeres dat ressecuta vices.

Totius

Totius & anni pars optatissima salve,  
Salve delictum pectoris omne meo.  
Sol tibi gratatur, gratantur syderacoeli,  
Ecce tibi viridi gramine rura favent,  
Ecce tuo gaudent aduentu mille volucres,  
Quæ melos umbratæ fronde virente canunt,  
Ecce tibi pecudes, enarrant vndicæ grates,  
Luxuria quarum turba salace salit.  
Ecce probant segetes agris tua tempora cultis,  
Quæ tollunt nitida molle cacumen huma.  
Ecce nemus patulum te frondibus excipit altis,  
Pullulat & ramis sylua comata suis.  
Ecce thymo libant Hyblei mella liquoris,  
Teq; colunt, veluti numina Regis apes.  
Deniq; totius naturæ pignora gaudent,  
Auspicijs iterum viuificata tuis.  
Quis modo tristando vehit indulgere doloris  
Cui nisi det moestus iura seuera Cato.  
Cui nisi præduris rigeant præcordia saxis,  
Sæuior & foetæ Tigridis ore furat.  
Rupe Promethea nisi qui religatus anhelet,  
Et foedas metuat, Phineos instar, aues.  
Ante coaxanies non sæua Ciconia ratis  
Oderit, has pullis nec feret vngue cibum.  
Ante calor flammis, vndis fluuialibus humor,  
Phœbeis deerit splendor acerbus equis.  
Ante serenato flauescens Cynthia curru,  
Tempora sub clara luce diurna veher.  
Ante tenebrosa sol ducet nocte iugales,  
Astra nec illius cætera fulgor aget.  
Ante Notus Boreæ iunctus spirabit ab Arco,  
Auriferi Zephyrus Gangis ab amne fremer.  
Ante sibi fiet mundi contrarius ordo,  
Nil & erit, cui non sit perhibenda fides:  
Quam tua, Ver lætum, non dulcis imago faciles,  
Obtusos homines nec recreare queat.  
Quam non exhilarat torpientia membra susurro,  
Quem Caurus tepido leniter ore parat.

B ij Quam



Quām modō non passim mortales gaudia captent,  
Quām non lētitia se reueare velint.  
Cur itā, nec mirum, licet est mirabile factum,  
Caussa patet, cuius multiplicatur opus.  
Tristibus expulsis, redeunt cum secula lēta,  
Nemo sub austera condītione manet.  
Naturae facies horrendo tempore brumæ,  
Terruit indignis cuncta creatæ minis.  
Terruit, ac tremulo fecit languescere motu,  
Pressit & immitti corpora capta iugo.  
Tunc etenim sœuis spirabant flamina ventis,  
Arctoïs sonuit crudior aura plagis.  
Tunc, licet in Scythia Bessos non viximus inter,  
Pellibus hirsutis bruma fuganda fuit.  
Tunc concreta gelu, ceu marmor, flumina stabant,  
Arctabat rabidum lubrica testa vadum.  
Pro rate firma vagus pes stagna premebat eundo,  
Et timor audaci defuit ipse pedi.  
Nauis ubi remis prius est adiuta secundis,  
Vexit & in liquido carbas fausta freta.  
Illi magna boues robusti plaustra trahebant,  
Fracta tamen nullis molibus vnda fuit.  
Sic in Erythræo durescunt æquore lymphæ,  
Quæ veluti Parij massa stetere iugi.  
Dum mare cum populo dux Israële Moyses  
Transit, & inter aquæ pondera carpit iter.  
At Pharaona suis lusum crudelibus ausis,  
Perdidit immensis vnda reuersa minis.  
Perdidit, ille suæ fraudis monumenta reliquit,  
Nulla Deum contrà quod benè bellacadant.  
Tunc, inquam Boreas grassantibus horruit alis,  
Duriciem glacies ceperat inde suam.  
Mugit indigno per tristia rura boatu,  
Impete prosternens robora firma truce.  
Annosæ quondam frondentia robora quercus,  
Nunc velut irati fulmine quassa louis.  
Horrificis stridit mœstus tunc luctibus æther,  
Et manifestauit damna dolore suo.

Texit

Texit hyems canis austera cadentibus astra,  
Vberius sparsas ejcendo niues.  
Eripuit lumen stellis, terræq; decorum,  
Tegmine dum tanto terra sepulta iacet.  
Aspiceres cælum, cœli terroreret imago,  
Terroreret miseri cognita forma soli.  
Sol erat à nostra nimium regione remotus,  
Non potuit radijs damna leuare suis.  
Debilis obliquo duxit splendore iugale,  
Nescit & vires exeruisse datas.  
Sparsit ad Antipodas rutilantis lumina currus,  
Illi signifera fronte benignus erat.  
Illi, quod rapuit nobis tam tempus iniquum,  
Nobile vicino contulit axe iubar.  
Illi per virides donavit germina campos,  
Fecit, ut ambrosio flore niteret humus.  
Defuit at nobis, nil præbuit utile nobis,  
Quando procul nostro traxit ab orbe moras.  
Lugubri poterat minime succurrere sorti,  
Lumina sic spatio clara trahente procul.  
Aemonij quoniam tectum Chironis habebat,  
Quem tandem calidis destituebat equis.  
Spe citiusq; Capri gelidum domicile subibat,  
Qui mouet hyberno cornua lata polo.  
Vellera qui quatiens, insuetus sole teneri,  
Auget abundantes diuite dote niues.  
Illic delituit frigens progressus in antrum,  
Non aliqua nobis subueniendo via.  
Sed tamen vi summis iterum succederet astris,  
Altius euctis loraq; ferret equis.  
Accelerabat iter, Capricorni signa perosus,  
Et visit rutilis astra propinquarotis.  
Vi melius fieret, non tempora longa diei  
Fecit, & angusta luce videndus erat.  
Nocte laborabat, nox præfuit apta labori,  
Tunc poterat facilis se remouere fuga.  
Pellere brumalem tunc conabatur hiatum,  
Mollibus vsudum flatibus aura daret.

B ij Postq;



Postque sensit hyems sibi talia fata parari,  
Perderet vi regnum iam resoluta suum.  
Venit in Aeoliam cinctam sylvestribus antris,  
Promouet ac lento frigida Diua gradus,  
Ventorum que duci, cum reddit a copia fandi,  
Infrendens tremulis dentibus, ista refert:  
**Aeole**, qui clausos retines in carcere ventos.  
Tempora, queso, iuua sortis iniqua meae.  
Sol parat exitium, mea regna resoluere tentat,  
Nititur insolita bile nocere mihi.  
Mitte trucem Borzeam, terras qui transeat omnes,  
Speluncis adimas claustra nocua nigris.  
Ille suas vires prober, arua perambulet ille,  
Me miseram tumidis adiuuet ille tonis.  
Congelet ingenti stagnantia flumina flatu,  
Concretae glaciem noveriat asper aquae.  
Rumpat opus calidi vibrato fulmine, Phoebi,  
Præmia coniugij sumet amica mei.  
Sæpe mihi latas extendit sceptra per oras,  
Cedre ne verno cogerer ipsa malo.  
Iam quoque me seruet, ira casu vindicet isto,  
Ex iussu veniat suinma medela tuo.  
Tolle moras, sentis: mitescit spiritus auræ,  
Iam Boreaprästa robora magna mihi.  
Tu validas quercus, tu turbas culmen Olympi,  
Effice mugitu munera digna tuo.  
Suppeditabo niues, sunt &c mihi corpore vires,  
Imperio veniet dulcis vitro que salus.  
Dixit, &c obscurum dimouit ab ore cucullum,  
Expuit ac densæ pondera crebra niuis.  
**Aeolio** iussu Boreas ruit asper ab antris,  
Gaudet & aspectu liberiore poli.  
Iam sua pro libitu reboantibus ora susurris  
Pandit, &c afflatu terret ubique fero.  
Triste procellosis prosternit flatibus æquor,  
Flamine tellurem sollicitante replet.  
Turbat, agit, perdit: grassator, prodigus, hostis:  
Rura, casas, sylvas: fauce, tremore, minis

Si

Situtum, nisi quod p̄t̄ter ista sorte bear̄,  
Nil Aquilone manet, nil aquilone manet.  
Omnia disiectat, crudeliter omnia quassat,  
Nullib⁹ vult requies talibus esse malis.  
Præcipue brumæ grauiter nimis impedit hostem,  
Qui cupit hanc pestem luce leuare sua.  
Ipsius radios hebetat, minuitq; nitorem,  
Cogit in extremo delituisse loco.  
Qui voluit terræ succurrere fortiter ægræ,  
Imperio Boreæ tangitur ille graui.  
Dum videt hos Titan mœrens instare tumultus,  
Orare pentino mœsta dolore tegit.  
Pronus &c assueto Capricorni tempore cani,  
Vellera frigoribus tristibus hirta tener.  
Interea nullo Borearib⁹ inhibente capistro,  
Terra sub indigna conditione labat.  
Tempestate graui premitur, cæliq; ruinis,  
Frigus, hyems, venti, prælia iuncta citant.  
Lurida iam cunctis est rebus imago, vel omnem  
Aspectu poterat quæ vegetare prius.  
Sylua comis solitos amissis perdit honores,  
Est deforme suis frondibus omne nemus.  
Non virides ramos recreantibus explicat umbris,  
Brachia nudato vertice nuda mouet.  
Increpitant tonsis horrentia robora truncis,  
Quæ sua vix radix inuiolata fouet.  
Mortua ceu, folijs arbor spoliata decoris  
Luget, & interitus horret adesse diem.  
Iam nullæ volucres pulchra super arbore cantant,  
Propter triste gelu guttura muta gerunt.  
Nec modo muta gerunt hyberno guttura cælo,  
Depulit atroci frig ore tempuseas.  
Cras nisi quod crociti monstrosos gutture Coruus:  
Venturæ pluiae significando luem.  
Nemo potest echus se delectare susurro,  
Vallisbus in lætis aut releuare malum.  
Non decus herbarum spirando temperat aura,  
Omnia deformi mœsta rigore iacent.

Non



Non fuscare potest aliquis sua corpora campo,  
Tempora vel picto fallere rure vagus.  
Non datur ex topo fontem libare fluentem,  
Pumice non scatebras euacuare datas.  
Incudit horrorem signis feralibus æther,  
Extrah ne cuperem limina ferre pedem.  
Deniq; nil hyemis producunt sydera dura,  
Quo mentem valeas exhilarare tuam.  
Cernimus ut fieri verno sub tempore lœti,  
Singula cum capiunt sole tepente diem.  
Sub trucis imperio brumæ fit Iuridus horror,  
Illud enim tempus cui placuisse queat.  
Tunc tellus miserè gremio perstringitur almo,  
Frugibus ac solii fertilis esse nequit.  
Non lepidæ plantæ tollendo cacumina vernant,  
Non habet antiquis floribus herba decus.  
Non rosa, non ebulus, non esula, primulaveris,  
Non hiacynthus adest mœror, Apollo, tuus.  
Lilia, cum fragis violæ, Narcissus, anethum,  
Cum Cythiso desunt Caltha, Melissa, thymus.  
Ora sequens solis Clytie, vaccinia, rutæ  
Germina flaccescunt, nec sua dona tenent.  
Marcent Chrysocome, Libanotis, amaracus, illa  
Quamq; Palæstino de Salomone vocant.  
Iam nec in apricis triujs Eringion errat,  
Quod fertur morbum tollere posse sacrum.  
Nobile quod miris suos eringion exiat,  
Dicitur herculeam quod releuare luem.  
Iucundum perijt quod prodest Crysion ægris,  
Rure nec in solito tu Tithymalle viges.  
Utiles ad neruos vocis vaga menta canoræ,  
Vanuit, & rutilans Heliochryson abest.  
Læsa Chelidonium lippis quod lumina curat,  
Flore, veiut tumulo, dispereunte iacet.  
Non aramanthus adest, gaudens per vulnera nasci,  
Non aliquis læsum fert m̄liloton ager.  
Non viride hibiscum suaue selinon,  
Attulit interitum casus utriq; parem.  
Flaua

Flava, per vrticas quæ circunflectitur acres,  
Non viret, vt ventus cassia laxet onus.  
Marrubium, gratum prægnantibus, interit vstum.  
Centaurea gravi disperiere gelu.  
Versicolor maculis rubicundi floris Amellus,  
Caulice sopito conditus extat humo.  
Luxurians fuluotq; Marathon culmine defit,  
Smirnion hybernis solibus usit hyems. n n  
Montibus &c polium nascens, pecorisq; cuminum  
Vule, non gemmas exeruisse valent.  
Nulla rubent riguum motura papauera somnum,  
Non viger hortoru n brassica, ruta decus.  
Intyba non fibris austera, nec acer lupinum,  
Tellus, præsidio iam spoliata, creat.  
Non iam beta, fabæ, non iam nasturcia florente.  
Ingemit Erucam disperisse Venus.  
Vulgus & herbarum reliquum, quod procreat ætas,  
Submersit misera conditione caput.  
Interiere simul, quos & sine nomine flores  
Grata sub æstatis tempore terra creat.  
Stellati citius numerare in sydera  
Nomina toti florum quam numerare queam.  
Quos omnes rigido decussit turbine frigus,  
Dum rebus facies omnibus una fuit.  
Tunc nec segmenti quæ condidit ipse colonus,  
Vidisses segetes grana leuare suas.  
Flava Ceres fleuit, tunc tetrum pallida vultum,  
Imperio solito dum caruisse patet.  
Vertice stant nudo Pomona Palestq; seueræ,  
Mænades vt sparsis, stulta caterua, coinis.  
Deniq; brumalis quis detrimenta furoris,  
Qui fit in immensum, scit numerare breui.  
Tam dolor exacto sub tempore saeuhi ingens,  
Dum poterat requiem nullus habere suam.  
Tunc igitur veluti perturbabamur acerbè,  
Affuit & cunctis moesta querela locis.  
Sic modò gaudemus, canimus, lætamur, ouamus,  
Quilibet achilaricarmina voce referte.

C D

Dum Ver auricomore dijsti nobile vultu,  
Et sit in aduentu gratia summa tuo.  
Dum funesta minis iam bruma relanguit atris,  
Cessit & instanti lumine victa, tibi.  
Dum glacie vires liquefacta resoluta demptas,  
Procreat & matrem filia fracta suam.  
Dum decus amittit, quæ nobilis ante triumpho,  
Subdit solis equis & superata locum.  
Nunc Titan rutilo curru vehit aureus axem,  
Splendorem roseo duplicat ore suum.  
Præbet dulce iubar nostris vicinior oris,  
Fortibus & radijs omnia viua iuuat.  
Hostes quando vider prostratos esse superbos,  
Frigore qui fuerant gens odiosa prius.  
Audaci facie lucem prætendit amicam,  
Nubis & expertem se facit esse nigræ.  
Fronte rotas alacri, girum deflectit in amplum,  
Exultat radijs utilis ire vagis.  
Sed sine dum sentit terram persistere tristem,  
Illius extensis luce souente sinum.  
Ambrosio seque <sup>II.</sup> Ver o nectare pollens,  
Eius & exemplo munera laita refers.  
Rura foues, segetes vegetas, nemus omne secundas,  
Eximia nobis prosperitate faues.  
Ostendis salubres auras florentibus hortis,  
Præsidio quo piscibus undatepet.  
Lætitiae caussas quapropter habemus, ut isto  
Tempore pellamus, quicquid in orbe gravat.  
Ut quassas alacri relevemus corpore mentes,  
Tempus adoptato dulce vigore monet.  
Sicut enim tumido quassantur in æquore nautæ,  
Damna commotis perpetiuntur aquæ.  
Grassatur Borea decumanus fluctus atroci,  
Albescunt rabido marmora mota Noto.  
Nox ruit in pontum, rapiuntur sydera nube,  
Aether fulminibus percitus, igne micat.  
Scylla rapax canibus clades intentat acerbas,  
Sæua Capharea peste charybdi noces.  
Neptunus

Neptunus mediæ sub valle Tridentifer vndæ,  
Stagna relaxatis auget aquosa minis.  
E fundo cumulum deuoluit Doris aquarium,  
Horrissonam Triton excitat ore tubam.  
Tunc si quando dies radianti fronte relucet,  
Discedit tenebris acta procella maris.  
Aequora subsidunt, spumas salis aura repellit,  
Cymothoe placidas aurea reddit aquas.  
Dum Misenum abest, Triton minus asperat iram,  
Non austera genas Tethyos ora rubent.  
Sole redit splendor, pacantur flatibus Euri,  
Non aquilo rabiem vibrat ab ore suam.  
Fit statio classi, fit flamine mollior Auster,  
Carbasa transauras semirefecta fluunt.  
Tunc religunt tabulas, lugubri pectore nautæ,  
Quas in naufragio sparserat acre sa lumen.  
In portu relevant vires & corpora curant,  
Lætitia summa vincitur ipse dolor.  
Efficiunt læto iucunda Tripudia plausu,  
Portumno sacros instituerunt dies.  
Nec reminiscunt veteres in mente dolores,  
Interimunt cladem gaudia parta grauem.  
Instituunt ludis spectacula crebra videndis,  
Classe coronata nautica turba canit:  
Taliter immritis lugubri sydere brumæ,  
Fleuiimus indignas voce querente vices.  
Nam patiebamur moestæ dispendia sortis,  
Struxit & infidias vnda geluq; feras.  
Bella ferox Boreas horrendo murmure gessit,  
Exacuit crebras aura fragosa niues.  
Olenij pecoris sydus pluuiale nocebat,  
Tempestas Steropis sydere magna fuit.  
Extulit ac imbres, nautis inimicus Orion,  
Sic mala per se uum plaga ruebat opus.  
Nulla lui requies, cessatio nulla dolori,  
Non modus instanti, non medicina malo.  
Planximus oppressos fatis crudelibus artus,  
Aspiceres nostro gaudia rara sinu.

C   ñ   Nune



Nunc ubi ver astro redisti dulce suavi,  
Et noua naturae te duce forma datur;  
Iubila gratanti studio festiu parainus,  
Gaudia testantes temporis ampla tui.  
Figimus in queru p̄aeclara trophæa virenti,  
Arboribus pendent florida sertæ simul.  
Præcipue lauro quos Delius ambit amoena,  
Irrigat & sacris castalis vnda fauis.  
Ducimus in pictis solatia splendida campis,  
Pangimus ac donis carmina multa tuis.  
Pangimus, excelsis & versibus astra ferimus,  
Aoniijs plectris auiarura sonant.  
Metra stupent Satyri, mirantur barbita Fauni,  
Panclaria victum se videt esse lyra.  
Naiades accurrunt, & Oreades atq; Napææ,  
Inter Hamadriadas læra chorea strepit.  
Sylua, iugum, segetes, viridaria, prata, salicæ,  
Flumina, dumetum, rura, rosæta, nemus,  
Et loca sub cælo quæ distenduntur aperto,  
Cantibus & iugis iubila nata probant.  
Echo luxuriat reionans nemoralibus antris,  
Aura repercuſſo psallit amica sono.  
Aemula iucundo volucres metra gutture promunt,  
Arboribus quarum plurima turba sedet.  
Retiaversuti quæ iam non aucupis horrent,  
Guttura sed cantu liberiore mouent.  
Coguntur stolido rancore tacere cicadæ,  
Quicquid & Entomatum fertilis odit ager.  
Alliciunt igitur musas vernantia, Tempe,  
Ut variata citis passibus arua petant.  
Præſide delicias ac ruris Apolline ſpectent,  
Aurata cythara qui crepuiffe ſolet.  
Accedunt, lepidoq; mouent vestigia gressu,  
Carmina diuino quelibet ore fremit.  
Luciferos vibrant pudibundo vertice vultus,  
Aspice, mandabis cedere ſigna poli.  
Spectant Pierides viridi ſolatia campo,  
Obiectant oculos circumneundo ſacros.

Delphicus

Delphicus herbarum vires Deus explicat illis,  
Ipse repertorem se quibus esse docet.  
Ostendit vario parientem fœnore terram,  
Extet ut vberius, quo recreere nihil.  
Summa redundantis succrescit copia cornu,  
Naiades implerunt quod refluxente fauo.  
Mollibus, ostendit, sint qualia commoda plantis,  
Floribus ac vſus moſtrat inesse ſuos.  
Hæc ait, herba malo miranda dote medetur,  
Dicitur Alcides quod tollerare prius.  
Integrit hæc corpus, ventris leuat illa meatus,  
Artibus hæc prodest, cordibus illa fauet.  
Hæc oculis puro præstat ſolatia ſucco,  
Tuberis illa pedum certa medela patet.  
Calculus hac ceſſans, epilepsia tollitur illa,  
Persicon hæc ignem mitigat, illa febrim.  
Subuenit hæc iecori, fert renibus, illa ſalutem,  
Huic ſplen, huic ſtomachus, ſenſit inesse decus.  
Hæc coleram fanat, rancum leuat illa catarrum,  
Sanguineis fauet hæc, illa Melancholicis.  
Scotatis hæc viſtrix, lumbaginis illa leuamen,  
Hæc dyfenteriae, pestibus illa ſalus.  
Fœminco steriles hæc auget corpore campos,  
Prægnantes vtero ſubleuat illa graui.  
Hæc iuuat, illa fugat peruersi crimen amoris,  
Quem iu præcipue docta caterua caue.  
Expedit hæc iram, dat gaudia mentibus illa,  
Auribus hæc ſurdis, naribus illa ſalus.  
Extat vipercis hæc morsibus omne leuamen,  
Pellit at inſtruſis illa, venena fauis.  
Eſt hic iſtud, agro quod non reperitur in omni,  
Quod modo prudenti, Moly dedere Dñ.  
Denicq; ne crescat longis oratio verbis,  
Area iam fruſtra continent ista nihil.  
Nil natura tulit, quod non cum fœnore proſit,  
Artificem monſtrant munera tanta Deum.  
Cætera quæ retulit, non nobis dicere phas est,  
Humani ſuperant gutturis illa ſonos.

C in Dixit



In huius

Dixit, & elegit quasdam sibi gnatiter herbas,  
Has, ait, ægrotis, qui mea turba, feram.  
Sic ubi dissereret, Pæan cum dulcibus herbis,  
Cuncta probauerunt ritè nouena cohors.  
Ipse nec extimui subitis accedere talis,  
Fortius à tergo numina visa sequor.  
Quantumvis hebetant radij mea lumina clari,  
Pergendo statui non tamen esse piger.  
Institutis sacras obliquo cerno Camœnas,  
Dogmata percipiens auribus ista meis.  
Jam video mundum casu non esse creatum,  
Omnia diuina sunt fabricata manu.  
Ergò recondo sinu tam scita salubria Phœbi,  
Gaudeo fas à quo scire, fuisse mihi.  
Is postq[ue] tacita sensit præfigia mente,  
Fronte retrò flectens sydera bina, sua.  
Conspicit in solitas me cuncta notare tabellas,  
Nostraq[ue] sic audis ora patere labris.  
Subridens croceq[ue] radiorum crine refulgens,  
Talia miranii suscipit ore loqui:  
Cur ita mens hominum tenebris immersa profundis,  
Debilibus latum passibus intrat iter?  
Ardua cur audet quæ non capit? illa capessit,  
Ac petit, haud vñquam quæ reperire potest?  
Icaria tales pinguntur imagine cerè,  
Illiūs & patrios qui male rexit equos.  
Quisquis es ergò, vide, nimium neq[ue] tende per altum  
Turpiter in pontum deñciendus eris.  
Territus hoc dicto, mox post carecta latebam,  
Aethera non oculis ausus adire meis.  
Languo confusus, perlabitur ilia terror,  
Fumida purpureus denotat ora pudor.  
Ac nisi iucundum præstarent astra vigorem,  
Mollia dum læto tempora vere nitent.  
Haud Phœbi tetricam potuisse ferre loquelam,  
Tam nequit humanum cœlica scire genus.  
Contulit hinc alias se blandus apollo sub oras,  
Latius ut vernas exequeretur opes.

Nos



Nos vbi paulisper detersimus ore pudorem,  
Dum tentare nimis grandia certus eram.  
Proposito simili rus fertile dulcibus herbis,  
At minimè simili dexteritate, premo.  
Frugibus impletos penetro flauentibus agros,  
Prataq; gemmiferis condecorata rosis.  
Transeo frondosa pubentes arbore sylvas,  
Omnia quæ volucres ore canente replent.  
Nil nisi conspicio quod promit signa fauoris,  
Rura serenatus splendor amœna facit.  
Prata nitent gemmas florum trudentibus herbis,  
Innumeris fulget messibus almusager.  
*wh* Luxurians Ceres cum fœnore damna rependit,  
Auspicio solis tollit alacre caput.  
Quæ iam semianimi sulcis latitabat amictu,  
Pandit diuitias absq; rigore suas.  
Gleba dat immensam spem fruge decora Colono,  
Fertilis ex genio, luce fathiscit humus.  
Nunc simul vterius, Zephyro soluente Prænas,  
Plana lacertosus iugera cultor arat.  
Inde nouos vultus sub sole noualia sumunt,  
Fructifero squallent quæ saturata simo.  
Bobus opus renouat, splendescit vomer ab usu,  
Frumenti recipit semina pingue solum.  
Rastra suo minuunt durissima pondere glebas  
Inducuntur aquæ pura fluentia satis.  
Nam nimis exustis ager est si languidus herbis,  
Riuulus è scatebris eliciendus erit,  
Felices ideo propensa sorte coloni,  
Qui sua delicijs talibus ora leuant.  
Attamen ante Iouem fuerat felicior omnis,  
Vomere non ullus tunc subigendus ager.  
Pignus Eleusinæ nunc quilibet expete matris,  
Sponte sua nusq; farra profundit humus.  
Cum tamen accedit labor, omnia fundit abunde,  
Plurima nempe labor suppeditare potest.  
Nunc sere, nunc planta, nunc exerceto labores,  
Porrigit optata Ver bonitate locuta.

Tempore

primum



Tempore si tali cupies existere deses,  
Brumali minimè sole beatus eris.  
Commoditate potes veris tibi multa parare,  
Quæ funesta malabile recusat hyems.  
Vtere praesenti seculo, quo dulcius esse  
Nil valet, hoc summa prosperitate beat.  
Nec dubita, pensar sudans industria fructus,  
In probus exuperat feruida coepita labor.  
Iam polus Aeoas Atlanudas egit in æquor,  
Gnosidos & gemmas mersa corona tegit,  
Tempus adest, suda, parit enigil omnia sudor,  
Aeris id blandi forma serena iubet.  
Extrahit ut membris infixo dente cruxem,  
Continuat tacitis mortibus esse grauis.  
Sanguine puniceo nisi sit, quem fugit, onusta,  
Infestare simul pergit hirudo cutem:  
Sic bona sedulitas fructus exudat abunde,  
Colligat ut multo foenore veris opes.  
Sed neq; conatus vigiles haurire labascit,  
Horrea dum donis expleat ampla datis.  
Perge, feret studium variæ munuscula messis,  
Quid dubitas? ætas Omnia ferre soleat.  
Brachia si forti robusta labore mouebis,  
Spem non decipient farra futura tuam.  
Moesia non plures fœcunda ministrat aristas,  
Gargara non agris nobiliora suis.  
Fertilitate valens ut seruiet vbere tellus,  
Ac si culta tibi terra Phalisa foret.  
Sed quid in admonitu dulcissima tempora perdo?  
Ah nunc is immersus garrulitate fui.  
Pergere debueram lustrare palata ruris,  
Hac adeò nullus parte monendus erat.  
Æolus fudi dum verba terenda procellis,  
Officium faciens iugera sponie suum.  
Cernis ut erumpant vernante cacumine fruges,  
Vultibus & Iæsus lumina solis eant?  
Exilit innumeris formosus culmus aristis,  
Gaudia promittens, dure Colone, tibi  
Iam

Iam sua Triptolemus fecundat plaustra vehendo,  
Corpora serpentum quæ furiosa trahunt.  
Non tot Deucalion lapides proiecit, aquosum  
Diluuium quando merserat omne genus.  
Non tot Cæruleum bibulas tenet æquor arenas,  
Non tot fluctuagis Glaucus oberrat aquas.  
Non tot stelligerò rutilant vaga syderacælo,  
Cum nox è Stygia valle reducta nigrat.  
Quot segetes passim lepidis nascuntur i nigris,  
Fronte colorata lucet amica Ceres.  
Diua Pales ruris miratur dona feracis,  
Accrescunt adeò donibus arua suis.  
His ita perspectis, tacito præcordia motu  
Diuinæ reputant (sentio) mentis opus.  
Mortua cum verè per se sint semina, vitam  
Quando sed in terram coniunctur, agunt.  
Ista Dei prudens referunt miracula numen,  
Omnia qui sancta, quæ facit, arte facit.  
Sic noster tumulo iacuit Saluator in alto,  
Ut sacra post ternos panderet astra dies.  
Sic quoq; nos erimus defuncta cadauera tumbris,  
Dum tuba nosciues iusserit esse poli.  
Dum stupor exagitat me tali turbine. cæco  
Oblitus fueram pectore penè mei.  
Sed reuocant animum iucundi munera veris,  
Quæ quem non moueant, non homo, truncus  
Cerno sub aprico pendentes culmine vites, crito  
Ornatu segetum splendida cresce Ceres.  
En virides ulmo circumnectente racemos,  
Vinea solari læta calore viret.  
Erigit ipse comas & brachia verna Lyæus,  
Vnde renudato sub pede musta fluant.  
Area pubescit rubicundis fertilis vuis,  
Et claudente rubet nobile vite merum.  
Omnia largitur Deus, & quocunq; videres,  
Aspicias miris munera plena modis.  
Vinea puluero quæ tramite seruit laccho,  
Vuas auricomæ Cynthius ore coq;it.

D Dependens

Dependent varijs vites cum dotibus vino;  
Et viridi gemmas cortice palmes agit.  
Extendit viridis spatiofas pampinus umbras,  
Cuius inadieicto regmine vina latent.  
Dispice, nec tardo rudis obseceris ocello,  
Metymnæ, poteris cernere, quicquid inest.  
Rura videre locis istis Mare otidos oræ,  
Collibus ac summis dona Pharaea putas.  
Vua racemiferæ sic vimo vina maritat,  
Quæ tamen inclusus continet utre globus.  
Interea, dum sic Dionysii munera miror,  
Garritus volucrum tinnit in aure mea.  
Sylua propinqua trahit patolæ me frondis in umbras,  
Seruat ubi Faunus florida tesqua salax.  
Intro nemus densis protendens brachia ramis,  
Delicias offert undique mille mihi.  
Quas corruptit hyems, renouatam cerno figuram  
Arboribus, tumulis ceu raudiere cauis.  
Nux, abies, corylus, sambucus, populus, ilex,  
Betula, palma, siler, fraxinus, ornus, acer.  
Cum fago referunt in summæ culminanubes,  
Crispatis folijs quercus opaca viret.  
Juniperus, Cornu, Platanus sua gaudia iungunt,  
Iactat odoratas Pinus acutaruces.  
Quis tamen arboribus se sat fecisse relatis  
Iudicet: haud numeres robora cuncta breui.  
Aequore quoq; fluctus vento grassante resultant,  
Quod videt autumnus nocte volare grues:  
Arboribus syluæ frondent tot vere commosæ,  
Quas omnes pariter crista decora tegit.  
Dulce canunt volucres in summis frondibus harum,  
Diuitias Veris garrulitate probant.  
Insuper ædificant fruticosa palatia pullis,  
Ouatq; plumoso dant refouenda thoro.  
Daulias immitem gemit hic Philomela Tyrannum,  
Dulcifluos fundens nocte dieq; sonos.  
At licet indignum mutilata parte queratur,  
Voce tamen linguam se reparasse probat.

Facta



Facta proci damnat simul insultando scelesti,  
Quod iam sorte sciat candiore frui.  
Ille sed in turpi foueat sua pignora nido,  
Et deploret Ithyn ventre tenere suo.  
Audeat aeriæ nec se committere luci,  
Stercoris in fœdi stragula pulsus Epops.  
Hæc ait, & tremulos iterat per guttura cantus,  
Cuius ad exemplum cætera turba canit.  
Hic turdela, merops, Ficedula, picus, achantis,  
Testantur liquido tempora verna melo.  
Fringillæ, Merulæ vocalia murmura iungunt,  
Et sine qua s numero sylua recenset aues.  
Sturnus inæquales promit cum passere cantus,  
Cedere cui simplex æmulus arte negat.  
Lucidus ex viuo promanat pumice riuis,  
Per medium tempestant ubi sacra nemus,  
Ex hoc si biberes, quid nectar Iuppiter haurit?  
Dices, hoc poterat fonte leuare sitim.  
Callirhoen superat, sed non ita porrigit vndas,  
Ut vel Clitorius, tu vel Anagre soles.  
Has sibi delicias quis non bene sanus adoptet?  
Tam salubri certè munere numen habet.  
Quas furatur hyems ergo sæuissima dotes,  
Dulciter has vernum reddere tempus auet.  
Reddit, & inductis per inane caloribus auget.  
Vere quis attinet delituisse domi.  
Omnia, quæ brumæ fuerant sub nocte sepulta,  
Incipiunt formam significare nouam.  
Surculus arboribus pubescit foetus amictis,  
Fruge relucet ager, floribus halat humus,  
Prata fragrant herbis, implentur foetibus horti,  
Hic pirus, hic malus stipite spondet opes.  
Arridet rutilo Sol aureus ore, palumbes  
Id alij gemitu deuia rura replent.  
Iam circumvolvit Cassita strepentibus alis,  
Nuncia quæ Veris dicitur esse sacri.  
Gaudet, & in summi puram volat ætheris arcem,  
Carmine vocali reddit in ima melos.

D ij Flectitur

Flectitur in girum, magis & magis alta pererrat,  
Celsa triumphali suspicit astra pede.  
**H**umanis oculis ubi iam non cernitur ultra,  
Ex alto subito præcipitata redit.  
**V**t cadit, aut nobis adeò cecidisse videtur,  
Sydus, in atratis nox ubi constat equis?  
**I**ubila sic iterat, sic nunciat optima veris  
Tempora, sic auium gloria magna canit.  
**S**ub trabibus luteam sedem quoq; necrit hirundo,  
Cui cædes Ithydos pectora rubra facit.  
**I**rratum metuit gemebundo corde maritum,  
Tuitelam populi queritat ergò sibi.  
**A**spice quām vernal iucunda cubilia terræ,  
Terræ frugiferæ munera mille placent.  
**T**erra locum Cereri præbet, modò frigore pulso,  
Pinguior edurum terra resoluit onus.  
**A**rboribus tellus præbet florentibus annos,  
Terra dat, immenso quicquid in orbe vides.  
**P**ost rigidos igitur Borea cessante tumultus,  
Quos auxit nimius tota per arua fragor.  
**D**um molles Zephyros auræ fudere tepentes,  
Etni lætitia cuncta beante caret.  
**T**erra ferax, habili stat formosissima cultu.  
Porrigit è picto splendida dona sinu.  
**C**onspicit ardantis proprius dum lumina solis,  
Vultibus insuetis erigit ipsa caput.  
**A**ggrediturq; vagum tali Titanal oquela,  
(Ardua ponderibus concutit ora prius)  
**I**amnè redit tardans obliqua fronte calorem?  
Qua caussa profugus? serius vnde venis?  
**T**abida penè tuum nunc & consumpta leuamen  
Sentio, nunc demum cura salutis ades?  
**E**n ego dispersos crines ut in ordine pono,  
Colligo naufragio diruta transfracto,  
**I**ncursu releuo mea membra refecta petito,  
Detegit spurcos aura cupita situs.  
**I**am grauidam recreo ommissis frugibus aluum,  
Germina iam pulchro grata colore fero.

Ver



Ver postque nitido meus est in flore maritus,  
Subleuat vxoris damna priora suæ.  
Hoc duce foecundor, salubri nre Jupiter imbre  
Nutrit, & in gremium complicat ossa meum.  
Quos illi genui natos, refocillo fauore,  
Est genus humanum me genitrix satum.  
Omnibus ipsa parens, hæc omnibus extat origo,  
Terra parit, cernit quicquid vterque polus.  
Vt foueam charos hinc largo foenore natos,  
Laxatos facio fruge scatente sinus.  
Non mater sobolis didicit deponere curam,  
Hostibus exemplum dira Leæna dabit:  
A me cuncta fluunt, in me quoque cuncta quiescunt,  
In mea, quod de me prodit, antrare dit.  
Est homo de terra factus, post fata suprema  
Terra fit, & putri putrida puluis humo.  
Interea, florem vitæ dum seruat amicæ,  
Filio lo desum non ego terra meo.  
Vt de matre nihil crudele queratur, & optet  
In me post summum promptius ire diem.  
Quamvis iam senio penitus confecta labascam,  
Non tamen à prisca fertilitate vaco.  
Offero, quæ possint alimena salubria ferri,  
De me nemo potest improba damna queri.  
Gratulor hac ideo mihi parte, quod impetrè brumas  
Victo, flauicomis sol videaris equis.  
Gratulor, à glacie quod nunc exempta, molesta,  
Vertice componam liberiore caput.  
Nunc animi nebulas cum fertilitate rependam,  
Temporis viendum prosperitate reor.  
Dixit, & excusso gremio, ceu mellis adesset,  
Frugibus impletos vndique sparsum agros.  
Germina donavit lœtis fragrantia pratis,  
Arboribus frondes, punica grana solo.  
Hinc venit omniferens cum largo copia cornu,  
Deficit nullis munera summa locis.  
Ergo quis existat diro truculentior viso,  
Corde gerens massas ex adamante rudes.

D iij Rebus



Rebus ut his animum tamen iuste pascere nolit,  
Respuat & veris, quas modò fundit opes.  
**O** qui cœlicolas recto veneraris amore,  
Et colis vnius numen opemq; Dei.  
**C**rimina qui vera ductus pietate relinquis,  
Et famulus Stigij esse vereris aquis.  
**Q**ui firmare cupis vitæ documenta regendæ,  
Nec tibi de casu Stoica cita placent.  
**S**i nec vera putas deliramenta sophorum,  
Qui membris animam non remanere docent.  
**R**ura petas, illic oblectes lumina mentis,  
Cor resera, coenum pectore tolle, nocet.  
**A**h nocet immersi stigiae caligine fraudis,  
Hic habeat finem turpe Draconis opus.  
**C**ernis ut ingenuis figant aluearia tectis?  
Ut cumulent illic pondera mellis apes.  
**S**edula turba nimis magno sudore laborant,  
Regis adorantes cærea skeptra sui.  
**B**estiæ tales exemplum dulce ministrant,  
Turpibus in vitijs ocia nullus agat.  
**N**am Deus haud aliquid frustra per inane creavit,  
Non atomis levibus constat origo poli.  
**A**rtifici verbo, quo celsum struxit Olympum,  
Omnia, nil dubites, ædificata scias.  
**Q**uicquid in immenso mundo patet, arbiter æui  
Condidit ex verbi voce potente lui.  
**Q**uid differt igitur solatia veris adire,  
Ordine quod nobis iussit adesse statu.  
**N**am quod de reliquis taceam, ver tanta ministrat,  
Omnibus ut numen promicer inde Dei.  
**A**spice puniceis variatas floribus herbas,  
Ex herba minima noscitur ipse Deus.  
**Q**uod si de reliquis sim narraturus abunde,  
Cresceret in longum plena papirus opus.  
**Q**uare concipias, quando spatiaris in aruis,  
Sub tacito summi dogmata corde, Dei.  
**I**psum ac dotes bene contemplere beatas,  
Inuenies rectum, non vagabundus, iter.

Planius



Planius emunges mentem de fœcibus atris,  
Ne ruat in nigrum, lumina cassa, chaos.  
Sicut enim Ver est pars prima volubilis anni,  
Omnia quæ pingit flore vireta sacro.  
Feriq; creaturis pulcherrima commoda cunctis,  
Quæ sine deuoto nemostupore vider.  
Nemo, per anfractus qui præcauet ire sub orcum,  
Sed comes æterni flagitat esse Dei.  
At non perpetuum durat, vultuq; caduco  
Aestaticedens lubrica fata notat:  
Sic ubi matris homo puer est egressus ab aluo,  
Inchoat in cunis tempora verna suis.  
Mox ubi firmato figit vestigia passu,  
Excolit ingenium fore potente bonum.  
Iam sibi conatus vigilatis instruat horis,  
Expedit ætati consoluisse suæ.  
Iam studeat Musas addiscere, noscere Christum,  
Ut per honestatis candida septa volet.  
Tunc putet eximium se veris habere nitorem,  
Sic tamen, ut possit disperisse station.  
Tempora lapsa gradum sine freno cursibus vrgent,  
Tollitur in spatio quelibet hora breui.  
Ergo dum patitur vigor est flos iste iuuentæ,  
Curet ad autumni tempora, messis opes.  
Sudet, & assiduo sua membralabore fatiget,  
Non infructiferum tempus abire sinat.  
Tentet ad excelsas virtutis scandere sedes,  
Colligat æternas ex Helicone rosas.  
Id colat, id studeat, struat id sine fine, nec vnoq;  
Cesset, ut egregia mente politus ouet.  
Polleat ut senior sapienti corde probandus,  
Rebus in eximis conciliis decus.  
Si vitam pietas habet exornata decoris  
Moribus integre sunt ibi mentis opes.  
Sic poterit fructum, regnare frequentibus annis,  
Moxibus & claris rector aedesse pius.  
Mente rege placida populum, dabit aurea regna,  
Pacis adoptato sæclatenore feret.

Namq;



**N**am et viros dignos, ut vera laude perennent,  
In suum sumum meritum iura probata locant.  
**S**eruiet aethereo pura pietate Tonanti,  
Maius inest mundo religione nihil.  
**E**xundat vario cultissima robore virtus,  
Aurifero lucet dignior illa Tago.  
**E**rgo piæ menti virtutum semina iungat,  
Perdet inutiliter sic sua fata minus.  
**O**mnis ut hoc faciat, nec se contaminet orco,  
Præcipuo stimulo ver monuisse potest.  
**P**erditur incassum cuius si gratia, damnis  
Contemptus sequitur, fabula, scomma, pudor.  
**H**æc tecum vigili reputes in corde fidelis,  
Iam cum per viriden dispatiaris humum.  
**Q**uâ si forte rosas languescere sole videbis,  
Sic perit ætatis, dic, iuuenilis honor.  
**T**empora pretereà pinguntur imagine veris,  
Iudice quæ venient, cuncta regente Deo.  
**H**ic latet effigies extremæ certa diei,  
Quam benè si cupies enucleare, scies.  
**V**er velut austerae succedit nobile brumæ,  
Aduentu reparans omnia læta suo.  
**C**uncta simul vegetat, simul & producit in auras,  
Largius, ut fructum sic recreata ferant.  
**I**llius ante tamen regnum, fera frigora tristante,  
Et varijs pressant inferiora modis;  
**S**ic nos in reprobo miseri qui degimus orbe,  
Obruit hiberno turbine squallor iners.  
**V**iuimus in tenebris, varijs nos Pluto procellis  
Impetit, Eumenides atra venena vomunt.  
**T**artareus Boreas horrentia nubila densat,  
Imbris Asphalti sulphur in arua jacit.  
**C**ogimur horrificis hyemis sic cladibus angit,  
Cogimur aduerso fulmine fatapati.  
**T**amq; diu si euol tolleramus ab impete pestes,  
Dum spreto summum claudimus, orbe, diem.  
**P**estifer absistit prius haud instare tumultu,  
Qui pia sollicitat pectora fraude, Sathan.  
Quâm

Quām functis habiles reddamur ad æthera membris,  
A Placido donec funere vita perit.  
Cum teneras animam nos exhalamus in auras,  
Corporis & fœdum spernimus usq; domum.  
Tunc requiem nacti, cura versanur ab omni,  
Condita tunc reficit mollior ossa sopor.  
Tunc Ver fulmineæ post perfida tempora brumæ,  
In Paradisiaca nos regione fouet.  
His tamen incoepitis remouatos inchoat annos,  
Præludunt facilī sæcula læta fide.  
Donec in extrema tuba luce canora sonabit,  
Ut vocet ex tumulis corpora pressa suis.  
Ut redeant patulis rediuiua cadavera tumbris,  
Arbiter ut Christus iudicet omne genus.  
Tunc perfecta dabit iucundi tempora veris,  
Christus, se studio qui coluere pio.  
Pandet Olympiacō redolentes nectare sedes,  
Diuinæ Triados flos ubi sanctus adest.  
Interea sacris volat endelechia sub horto,  
In quibus Helian aureus axis habet : 15  
Puluere membra iacent, immorta, donec ad auras  
Redditus in fructu quisq; resurget humo.  
Purificata colet sua cum penetralia flatus,  
Et sua conuenient ossibus ossa suis.  
Tunc equidem corpus meliori flore micabit. Cœrit.  
Splendor hic haud homini non memorandus  
O utinam tempus nobis det Lucifer istud, 20  
Donaq; flauenti talia portet equo.  
Quilibet hoc optet pietatis alumnus, & oret,  
Vertat ut euentu prospera fata Deus.  
Hæc & multa potes, Ver delectabile cernens,  
Immemori tecum pectore ferre domum.  
Dumq; via pergis, quasdam si videris herbas,  
Dic: ego sic olim flos reparatus ero.  
Omnia sic licito fieri conamine possunt,  
Nil prauè perages, fata suprema vide.  
Dona Dei recolas, mala sperne, perutile tenta,  
Abstineas ultra turpe patrare scelus.

E Inde



Inde precor, Verno fruearis tempore faustus,  
Dum ferat autumnus grandia poma tibi.  
**A**rboris in gelida requiem captabimus umbra,  
Ardorem querimur deficiente gula.  
Nunc Ver dulce vale, per te valeamus ut ipsi,  
Fonte leuaturi guttura sicca tacent  
Paulisper patulæ requiescam tegmine fagi,  
De te mox alio tempore plura canam.  
**A**uspicio præsis felici Christe redemptor,  
Veris ut impure munera nemo ferat.  
**C**redimus hoc signo te nobis pandere cælos,  
Ver ubi perfectum, sine ruitate caret.  
**A**ugeat ut numerum florens ecclesia fructu,  
Gentibus & cesserit vita prophana colii.  
**D**ona recognoscant omnes, quibus, optime Fotor,  
Numen ab æterno te viguisse probas.  
**C**ollige naufragij tabulas, mala damna resarcii,  
Vere tu occupimus, Christe benigne, frui.

#### AD LECTOREM.

Dulcis adest ætas, & Ver discessit amoenum,  
Me de vere tamen scribere metra vides.  
**V**anuit arridens per mollia munera tempus,  
At de vere melos non perisse potest.  
Idcirco tumidos ponas de pectori fastus,  
Ut carmen relegas hoc propiore fide.  
Musa nouum præberet Ver, non prius ocia nocta,  
Hoctua vere vetes membra dolore premi.

#### AD EVNDEM D. CONSTAN<sup>TINUM</sup> FERBERVM etc. ELEGIA.

Hæc de Vere tibi mea Constantine Thalia  
Luisit, in umbrosa quando iaceret humo.  
Suscipe, nec lento des pectora victa sauori.  
Parua ferunt magni carmina Veris opes.  
Cernere

Cernere debueras meliora poemata longè,  
Exacta canerent quæ tibi laude decus.  
Sed quia nulla chelys vatum satis extat in orbe,  
Quæ iusto cumulo munia ferre queat.  
Aut vix sufficeret tua sub præconia vates  
Smyrnius, Aeaciden euehit ipse licet.  
Spero voluntatem tibi posse placere fideleni,  
Quæ dedit in laudes paucula scripta tuas.  
Primicias tenues præsto, si fauerit autor  
Carminis, & decimas vbere messe dabo.  
Si maius spatium nostros extenderit annos,  
Maior in oblatis versibus esse volo.  
Iam tener in claria Veles desudo palæstra,  
Nutrit vbi doctam splendida Culma Scholam.  
Hic licet erudiat pueros mea Musa tenellos,  
Ipsa tamen multis erudienda venit.  
Proxima cum natī celebrarem tempora Christi,  
Aetatis fuerant bis duo lustra meæ.  
Iam patet in cursu nobis ter septimus annus,  
Musa suis maius viribus audet onus.  
Verum corde boni, quicquid do, Consule prono,  
Forsitan his olim nulla minora dabo.  
Consule te dignum, spiret modò faustus Apollo,  
Efficiam carmen posteritate legi.  
Si feret ætatem nostræ leuis aura Camœnæ,  
Te quoq; longævum Carmina nostra vehent.  
Interea studium propensa mente probabis,  
Sinon thure queo, flagro litare mola.  
Musa sed in portum cursu defessa propinquat,  
Dedico Pierijs stridula plectra foci.

## IN EVNDEM ALIQVOT IOAN.

Codicij Epigrammata continentia annum  
eiusdem consolatus M. D. LV.

Multa, tua Consul sit Constantinus in vrbe,  
Cui tribuit sceptri Patria, iura sui.  
E ñ Nomina

ALIVD.

Nomina cui fortis peperit Constantia flore,  
Arcto a prosper Consul in urbe nites.  
Gratia fortunet superis ingressa benignis,  
Præstat inexhaustæ pignora fortis honor.

ALIVD.

Explodunt Gedani Ciues vexata pericla,  
Confule Ferbero lætior hora iuuat.

ALIVD.

Qui Gedani, Constans, decus es venerare venisti,  
Excelsus patriæ Consul honore viges.

ALIVD.

Exultent alacres propenso pectore Ciues,  
Astrææ præstans en reperatur honos.  
Constantinus init patrios pietate penates,  
Præmia virtutis tanta quis esse neget?

ALIVD.

Ferberus patriæ quia nunc fit Consul in urbe,  
Ipse pater patriæ iure vocetur, & est.  
Protegit insontes, punit sine bile ferinos,  
Iustitiæ torus nobile seruat iter.  
Erigit ergo piæ præclara trophyæ saluti,  
Quæ nullis pereat post violata dolis.

ALIVD.

Ex humili, Consul patriæ, caput ingeris astris,  
Constantine tibi conuenit usq; fauor.

ALIVD.

Jubila propitius, Ciues, extollite verbis,  
Consul in egregio munere vester ouat.  
Confule

### ALIVD.

Consule, res Gedani, te Constantine, resurget,  
Aurea præstanti pallade regna feres.  
Instituit Phœbi tibi gens præconia grata,  
Tanta sub interitu laus perijisse nequit.

### ALIVD.

Exactos meruit sibi Constans iustus honores,  
Inclita virtutis pignora Consul auet.

### LECTORI.

Hæc metra dant annum tibi, quando Consule gaudet,  
Ferbero Gedanum, sint numerosa, rogo.  
Designant solitis annalia sæcla lituris,  
Hac ego parte minus vituperandus ero.

### MAGISTRI VALENTINI

Nicij in Gymnasio Culmensi

Professoris Epigram-

ma.

Si nouisse cupis per amoeni tempora veris,  
Quiduè ferat fructus si didicisse iuuat.  
Perlege quæ facili conscripsit carmina Musa,  
Codicius cultor Pieridum eximus.  
Inuenies aliquid quod te legisse iuuabit,  
Perpendens veris commoda grata noui.

### EIVSDEM ALIVD.

Vere canunt volucres, Ver est perdulce Camœnus,  
Vere poëtarum personat arua chelys.  
Allicit in Tempe vernum blandissima seclum,  
Nullius ut moeror pectore duret iners.  
Quare Codicum simili ratione retentum,  
Vexit in Aonij candida prata iugi.  
Temporis ut læti pulchros celebraret honores,  
Murmura Threiciæ grata secutus avis.  
Quisquis ades, rigidam noli pretendere frontem,  
Ver à Codicio gaudet habere melos.

E ij Hiero=



## HIERONYMI COD. Epig.

Ver velut comptum varijs est floribus, aruo,  
Quos in gramine Sol vegetare solet:  
Sic etiam is faciat, quod det de Vere, poëma,  
Concinnum ut lepidis floribus esse queat.  
Floribus, Aonio quos parturit aura sub horto.  
Debet enim pulchris Ver decorare notis.  
Quod quia difficile est factu, maiusq; requirit,  
Munus Apollineum quam modò vulgus habet.  
Sic ades, vt versus relegas hos fronte serena,  
Cum veniaq; noui discute germe agri:  
Quod meus in veris retulit præconia Frater,  
Extulit ac humili tempora læta chely.  
Te decet hoc, cœptis ut promptus talibus adsis,  
Non licet exactè singula scripta vides.  
Immersi quoniam caligine viuimus omnes,  
Errorum pronis tractibus antra patient.  
Tutamen in primis bone Constantine, diserte  
Consul, ad hæc æquus carmina censor ades.

## LECTORI. L. I. C.

Delectat minime quem Ver, precor imperat illum  
Bruma, sibi flebit præmia dura satis.

## IN ZOILVM Codicius.

Z oile noncuro T ua quem mihi scommata rictu M  
O hijciunt, reuomens A tra venenatac E  
I ustibicarpendi C adet haud benè, reproba liche N  
L aruatenes, næuis E iuseris aliqui D<sup>c</sup>  
V ade scelus procul hinc, A mplector Apollinis ar= S  
ic poteris nunq; S tare Cratippe sa= (m A  
(ga X.

## CONCLVSIO.

Christe faue, quicquid canimus, te semper adoret,  
Tu Deus es solus dignus honore coli.

Ad

AD PRAESTANTISSIMVM VIRVM  
D. FRANCISCVM RHODVM  
Typographum etc. Joan. Codic.

Extremo positus qui margine Psalmus oberrat,  
Conditus à Musa, vult tuus esse, mea.  
Ne latis spatijs, irrepit, charta vacaret.  
Vult implere sono rauca strepente locum,  
Suscipe, quantumvis non sit te dignus, adopta  
Nomen in obliqua fronte tenere tuum.  
Latius ipse refert interprete voce Prophetas,  
Vnde tibi splendor laude perennis adest.  
Inclite Rhode tamen, præstantum gloria Vatum,  
Se societ lauro nostra Myrica tua.

PSALMVS XV. CARMINE  
REDDITVS ARGV.  
MENTVM.

Qua nos præcipua pietate leuemur ab astro,  
Edocet Esaici Psaltria musa senis.  
Nempe Dei primas, vicino nempe secundas,  
Reddere viuentes integritate decet.

PSAL. XV.

In tua, summe Deus, cui splendida castra venire,  
Ac licet intrepido templo subire gradu.  
Monte quis in sancto recreantem sentiet umbram?  
Ut requie lenis mulceat ossa sopor?  
Qui sine labore suo gressus moderatur iturus,  
Et duce iustitia quod facit usq; facit.  
Qui loquitur saltē toto de pectore verum,  
Cui scio quod nunq; lingua dolosa fuit.  
Qui mala nulla suis construxit fraude propinquis,  
Illos opprobrio nec simulanter agit.

Fit

QK Mc 1638

Fit nihil & subito perit, hoc spectante malignus.  
Qui timet at Dominum, glorificatus ouat.  
Et violare dolo qui iuramenta veretur,  
Vicino pepigit quod sine labe suo.

Cuius ad usuram venit ampla pecunia nunquam,  
Displacet iniusti foenoris immo seges.  
Nullius allicitur precij qui munere ductus,  
Loedat ut innocuum, damna cruenta struat.

Qui facit haec, tutus non peste mouebitur villa  
Donec in aetherea manserit arce Deus.  
Si recubare flagras igitur sub colle Sionis,  
Atria, Stelligeris aut habitare Polis:  
Integer & iustus, vero dominio timori  
Addictus, viis diuoueare, vide.

FINIS.

Gedani Excudebat Franciscus  
Rhodus.

ANNO M. D. LV.  
Mense Augusti.



• nc •

# Farbkarte #13


B.I.G.

Black  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8

Centimetres  
Inches

VERE  
ADISSI.  
TE ANNI.  
AD PRV.  
virtute spe  
n Virum,  
NVM FERBERVM  
lem etc. scripta.  
Ioanne Codicio  
tinauiensi.  
ETOREM.  
omis iste libellus,  
unera regis habet.  
eruo germina fructu,  
fundit amicta rosis,  
s floribus alnum,  
blandus Apollo fouet,  
xsi spatiaberis aruo,  
moditate veni.  
rcula nescit,  
erere dona loco.  
et promere mensas,  
istulit hora dapes.  
IS.



X 2005972

